

lium , et in Val- / gendige<sup>7</sup> redditus sex quartalium mixti frumenti<sup>8</sup> measure in veltkilch . Super curia autem dicta der houe ze Blattun,<sup>10</sup> quam Albertus dictus ze dem böngarten, / excolit, singulis Annis ad summam XXV. solidorum , in redditibus computata , Rūdolfo dicto der wilde behain de Birchach.<sup>9</sup> Hainrico et Alberto fratribus de kobelon / pertinente , permutacionem seu concambium , cum eisdem R. H. et Alberto fecimus inhunc modum, videlicet quod nos eidem R. in reconpensam seu refusionem / sue partis tradidimus agros dictos andem zolwerde apud Getzis<sup>11</sup> sitos annuatim nouem solidos et sex denarios constant. soluentes- Item Hainrico et Alberto fratribus de kobelon / suprascriptis , pro reconpensacione seu refusione partis , ipsos in iamdicta curia contingentis , tradidimus siue donauimus. prata dicta der Swesteron mat,<sup>12</sup> sita prope / Chummingen,<sup>13</sup> Annuatim tres modios farris<sup>14</sup> soluentia, measure in veltkilch suprascripte , et factam nobis resignacionem , ac tradicionem earundem curiarum siue / bonorum per . Rūdolfum, Eberhardum, Hainricum et Albertum suprascriptos sollempniter legittime et secundum terre consuetudinem generalem , ipsas Curias , curiam videlicet dictam hinder der burch / prope Muntigel sitam , et Curiam dictam der houe ze blattun, cum omnibus iuribus et appendiciis earundem, titulo empcionis in Hono- / rabiles et Religiosos viros Abbatem et conuentum Monasterii de Salem<sup>15</sup> ordinis Cysterficiensium Constant. dyocesis , receptis ab eisdem Triginta libras denariorum / monete Constant. quam pecuniam in vsus nostros conuertimus necessarios , de qua etiam summa denariorum , nobis ab eisdem de Salem confitemur presentibus satisfactum, transtu - / limus et transfirmamus per presentes, libere . et absolute, ab ipsis ipsorumque Monasterio perpetuo possidendas . Nos Rūdolfus dictus der Wilde behain de Birchach . Eberhardus / Hainricus et Albertus fratres de kobelon suprascripti permutacionem predictam nobiscum A strēnuo viro domino friderico milite , et Swigero fratribus dictis Tum - / ben de Nuwenburch prelibatis, circa possessiones superius nominatim expressas, factam — et nobis in eadem permutacione bene et legittime fore reconpensatum pre- / sentibus publice confitemur. Renunciantes per nobis nostrique hereditibus vniuersis, omni iuri et iuris auxilio tam in genere quam in specie, quod nobis in dictis curiis / seu possessionibus competebat- uel competere videbatur , applaudentes translationi predictae factae in Abbatem et Conuentum Monasterii de Salem superius nominatos- / In cuius rei testimonium et robur , Nos fridericus et Swigerus fratres prenotati , et